



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

24. Vigilia Nativitatis D. N. J. C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

702 XXIV. Decemb. Vigilia Nativ. D. N. J. C.
Pater, & Ave cum uno Credo. Ibi plus
requiritur cautelæ, & sollicitudinis,
ubi plus imminet periculi. Ne amare
videamur, fugiamus.

Vigilia Nascituri Domini nostri
Jesu Christi.

EXHORTATIUNCULA I.

Confolamini! consolamini dilecte
mi! Hodie scietis, quia veniet Do-
minus: & manè videbitis gloriam ejus.
Constantes estote! Crastina die delebitur
iniquitas terræ, & regnabit, super nos
Salvator sæculi. O quanta dies! Taceant,
& quiescant cogitationes turbidæ! Jesus
appropinquat! Fili! ad Jesum propera-
mus. Ut autem videamus Deum de
Deo, lumen de lumine.

Instructio meritoria.

Præparemus Domino optatum habi-
taculum per solitariam, quietam, & so-
briam vitam, nos segregandò à negotiis
extrinsecis, & detinendò in solitudine
sancta. Repetamus illa septem O Ma-
jora cum oratione de Vigilia. Quod pi-
sci est aqua, hoc nobis est vita recollecta.

Hâc

XXIV. Decemb. Vigilia Nativ. D. N. J. C. 703

Hâc quid est præclarius (interrogat S. Augustinus) Quid animæ utilius? Quid spiritui dulcius? Quid in tota nostra religione sublimius?

II.

At tendamus zelose fili! stant ante fores Jesus, & Maria. Stant, pulsant, rogitant: Aperi frater! aperi fili! Præbe mihi cor tuum. O quantum scelus! negare Deo, negare Mariæ, quod tam ardentè expetunt. Quàm dulce, fuisse semper cum Jesu, & Maria! Mortis hora pandet omnia. Væ tunc ignorantibus Jesum, & Mariam. Quis enim consolabitur agonizatos? Jesus & Maria respondebunt: *Nescio vos.*

Instructio meritoria.

Aperiamus dilectè mi pulsantibus continuâ hujus diei recollectione, impendamus nos totos lectionibus spirituales huic festo magis propriis, adhibeamus & specialem meditationem de Beneficio Redemptionis, & frequenter nos coram Sanctissimo Altaris Venerabili piis suspiriis, atque desideriis ad Domini adventum detineamus recitandò psal-

Gg 4

mum:

704 XXIV. Decemb. Vigilia Nativ. D. N. J. C.
mum: *Benedic anima mea Domino &c.*
aliúmque actum sacri rigoris, vel humi-
litis in gratiarum actionem petendo à
Ven. Patre spirituali. Chare! *Demus*
Deo aliquod tempus vita nostra, ne diem
totum ista vanitas, & sollicitudo mise-
randa consumat. Chrysol.

III.

O Impietatem mortalium! quot sunt,
qui Festivitatem crastinam pietate,
amore, devotione, aut compassione hu-
maniter præveniunt? Ah! quoties Je-
sus! quoties Maria pulsantes, & stantes
ad cor hominis audient: *Clausæ est ja-*
nua! nescio vos. Ferreum sic pectus,
quod non doleat ad tantum impietatis,
& nefandæ ingratitude scelus.

Instructio meritoria.

Nos de sorte piorum (utut paucorum)
simus! Hinc compatiatur pauperibus,
imò derelictis Jesu, & Mariæ, & in com-
pensationem omnis ingratitude, om-
nis irreverentiæ, & humanæ impietatis
tria Rosaria cum omnibus Mysteriis fle-
ctentes quàm devotissimè persolvamus.
In fine prostrato corpore, & expansis bra-

XXV. Decembris. Nativitas D. N. J. C. 705

brachiis nostras quoque deprecemur irreverentias, addendô psalmum *miserere.* Fili! ô quàm profundè nos submittere debemus in oculis offensæ Dei Majestatis, coram qua nihil aliud nos esse invenimus, quàm nihil, & nihil. Humiliemur, ut nos Deus exaltet in die visitationis.

Nativitas Domini Nostri Jesu Christi.

EXHORTATIUNCULA I.

TAceo mi fili! quia vobis loquitur Verbum, quod hodie Caro factum est. O si loqueretur, nobisque spiritum insufflaret suæ humilitatis, perfectum rerum mundanarum contemptum, & amorem erga cœlestia ardentissimum! ut obtineamus, transeamus usque Bethleem! Si nunquam detestati sumus pompam sæculi, hodie fiat coram Præsepio Domini. Natus enim & datus est nobis nudus, pauper, & inops Parvulus, & hic Dei Unigenitus.

Instructio meritoria.

Visitemus præsepe Domini, sed eâ modestiâ, & gravitate, quâ hodie adorârunt

G g 5

An-